

quare in hac causa sententia dictabat ipsum sufficienter evicisse. Huius rei testes sunt: nostre maioris ecclesie canonici: Wernerus maior prepositus, Romarus prepositus, Fridericus vicedominus, Geroldus prepositus sancte Marie, Vricus scolasticus, Otto, Anno, Ludolfus, Almarus sancti Pauli prepositus, Borchardus archidiaconus, Arnoldus, Meinhardus; prelati ecclesiarum nostrarum: Conradus electus in Hilsineburch, Ropertus abbas in Huisburch, Sifridus abbas in Vimideburch, Ludolfus prepositus in Caldenburne, Thidericus prepositus sancti Iohannis in civitate, Eustachius prepositus in Hademersleve; laici: Ludolfus advocatus, Burchardus comes de Valkensten, Wernerus de Liechtenberch; ministeriales ecclesie nostre: Thidericus de Sumeringe, Gevehardus de Alvenesleve, Heinricus de Eilenstide et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice MCCII, indictione V, ordinationis autem nostre anno primo. Nos itaque decimationem sepius dicte vinee in iure coram nobis obtentam, sicut officii nostri interest, ecclesie sancti Iohannis in monte Magdeburch auctoritate dei omnipotentis et nostra, banno quoque nostro synodali confirmamus et ne quis eam ausu temerario sibi presumat in posterum usurpare, in virtute sancti spiritus inhibentes hanc paginam testimonialem inde conscriptam inpressione sigilli nostri communimus.

Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 12. — Abschrift im Privilegienbuche S. 75—77 mit der Ueberschrift: Bisenstede decima cuiusdam vinee. caps. C. VIII.

1207.

55.

Die Aebte von Alten-Camp und Berge bestätigen den zwischen den Klöstern Michaelstein und Marienthal geschlossenen Gütertausch.

Fratres G[erlacus] in Campo et H[inricus] in Berge dei gratia abbates omnibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, fraternas orationes et salutem. Probate consuetudinis et debitum iuste deposcit necessitatis, ut que sollempnibus celebrantur actis publicis etiam eorum quorum interest muniantur instrumentis, ut et memoria facti in perpetuum vigeat et malignantium temeritas conquiescat. Notum igitur sit tam presentibus quam futuris, quod venerabiles et dilecti filii et coabbates nostri Iohannes de Valle sancte Marie et Thitmarus de Lapide sancti Michaelis cum consensu fratrum suorum huiusmodi commutationem fecerunt, ut septem mansos et dimidium quos fratres de Lapide sancti Michaelis ex dono nobilis viri comitis Sifridi de Blankenburg in villa que dicitur Mammendorp legitime et quiete possederunt, tradiderint pro septem mansis et dimidio Valli sancte Marie pertinentibus sitis in villis infra memoratis videlicet in Wevenslove tres et dimidium, in Bernesdorp unum, in Irikeslove unum, in Wellen unum, in Rodeneslove unum. Ne igitur fidelis nostra successio huiusmodi commutationem pro utilitate utriusque cenobii concorditer celebratam revocare debeat aut imminuere,

3*